

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Vera gaudia non capiunt oculi

urn:nbn:de:bsz:31-101049

VERA GAVDIA NON CAPIVNT OCVLI.

Vera gaudia ut ex rebus corporeis non proveniunt, ita nec oculis corporeis conspici possunt. Animus incorporeus non nisi cognato sibi gaudio, id est, incorporali, afficitur; reliqua, cuiusunque generis oblectamenta, corticem tantum, id est corpus, contingunt, ad interiores vero animi sensus nunquam penetrant. At pax illa conscientie, vita eterna pranuntia, occulto nomine mentibus infusa, ineffabiliterque incredibili dulcedine tacitum pectus perfundit. Nihil Deo clausum, interest animis nostris, ac mediis cogitationibus intervenit. Amen, amen, dico vobis (inquit Servator Iohann. 5.24.) qui audit verbam meum, & credit ei qui misit me, habet vitam aeternam, id est, ut Paulus interpretatur, pacem conscientia, ac gaudium in spiritu sancto, vera futura beatitudinis preludia. Tanta enim alacritas animi (inquit Cass.) quanta fuerit consideratio rei, est enim mensura letitiae secundum magnitudinem nuntii.

Elijck de wate vreucht niet en spruyt uyt lichamelijke oorsaecken, soo en kan oock de selve met de lichamelijke oogen niet werden aenghesien. Het onlichamelijk ghemoedt en werdt door gheen ander blydschap vervrolijk, als door de sulcke, die ghelyckmaticheyd heeft met haren aert, dat is, die in gheen lichamelijke dinghen en bestaer. Alle de vermakelijkheden deses levens en gaen niet dieper als in de schorisse, dat is, en raecken maer het lichaem, ende en dringhen noyt in het binnenste onser zielen: Maer die lieffelijcke vrede des ghemoets, een voorbode der eeuwiger gelucksalicheyt, heymelijken door Godes gheest in onse herten uytghestort zijnde, vervult ons den gantschen boesem onser zielen met onuytsprekeleyke soeticheyd. Voor Gode en is nieg ghesloten, hy woont in onse herten, en sweeft midden onder onse innerste gedachten. Voorwaer (seyt de Heere Christus Iohan. 5.24.) die mijn woort hoort, en gelooft den ghenen die my ghesonden heeft, die heeft het eeuwige leven, dat is, (ghelyck de apostel Paulus "selve uytregh") vrede des ghemoets, en blydschap in den heylighen Geest, ghewisse voorteycken van de toekomende gelucksalicheyt. De Godsalighe ghevoelen midts dien oock in dit leven onbegrypelicke vermakelijckheydt, want de blydschap die in de ghedachten is, heeft haer groote, na de ghelyckmaticheyd van de sake diemen bedenkt.

BERNARD. SVPER CANT.
Iesus, mel in ore, melos in aure, jubilus in corde.

GREGOR. IN MORAL.
Ubilatio dicitur, quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abs-

condi potest, nec sermonibus aperiri, & tamen quibusdam modis proditur. Illud est verum ac summum gaudium quod non de creaturâ, sed de creatore concipiatur, quod cum acceperis nemo tollat à te.